



Ioachimus Fortius Antuerpiæ natus & educatus est. hic cum præclara indole esset insignis, à teneris annis operã literis dedit atq; primis rudimentis in patria perceptis sese ad Louaniensem academiam contulit. In ea magna diligentia liberalibus artibus & Philosophiæ incubuit, atque in ijs plurimum profecit. Itaq; eas artes postea docēdo & scribendo ita excoluit, ut passim inter doctos magnū sibi nomen compararit. Nam anno circiter 1529 scripsit librum De ratione studiij, atq; Elegantias de proprio usu & differentijs quarūdam uocum apud Latinos: libellum De usu uocum quæ non flectuntur: De conscribendis uersibus: Elementa Grammaticæ Græcæ, Dialecticam, & Rhetoricam: De figuris & uitijis orationis: De formis dicendi: De periodis: Synonyma: De sphaera: libros tres Institutionum Astronomicarum: Cosmographiam: librum De tempore: Optica & chaos Mathematicū: Arithmeticam: De horoscopo: De Astrologia & Geomantia: De urina non uisa: De interpretatione somniorum: experimenta: librum De homine, & alia huiusmodi, ita ut totum ferè disciplinarum circulum absoluerit, & simul publicarit. Vnde eius studia omnibus literarū cultoribus gratissima fuerunt. Tandem uerò ipse senex uiam uniuersæ carnis ingressus mortales reliquit. Con. Gess.

cæ Græcæ, Dialecticam, & Rhetoricam: De figuris & uitijis orationis: De formis dicendi: De periodis: Synonyma: De sphaera: libros tres Institutionum Astronomicarum: Cosmographiam: librum De tempore: Optica & chaos Mathematicū: Arithmeticam: De horoscopo: De Astrologia & Geomantia: De urina non uisa: De interpretatione somniorum: experimenta: librum De homine, & alia huiusmodi, ita ut totum ferè disciplinarum circulum absoluerit, & simul publicarit. Vnde eius studia omnibus literarū cultoribus gratissima fuerunt. Tandem uerò ipse senex uiam uniuersæ carnis ingressus mortales reliquit. Con. Gess.